

- in fin.lib.4. qui communem esse assertit.
- Verum scripti in d.casu 432. nu.34. dissentire ab hac sententia multos, & illis accedit R.pá in l.s. si qui bona, num. 10. vers. contrarium, ff. de pign. qui hanc esse communem testatur. Dixi ego in d.n.34.vna cum Alciato, hoc esse iudicis arbitrio relinquendum.
- 6 Secunda est conjectura, ducta à prudentia & probitate Prælati, socij, & administratoris, qui consueverunt negotia suorum principalium summa fide pertractare. Ita scripti in d.casu 432.num.36. ex sententia multorum quos ibi recensui.
- 7 Tertia est conjectura, cum modica summa & fuit mutuo data. Nam tunc præsumitur versa in utilitatem ecclesie, societatis, vel ciuitatis. Ita scripti in d.casu 432. nu.37. ex sententia Alciatib[us] commemorati.
- Quarta est conjectura, si confessum quo mutuo data fuit pecunia, reperiatur & satisfactum illi cause, ob quā pecunia fuit accepta. Ita scripti in d.casu 432. nu.38. ex multorum sententia. Illis accedit Bal. in consil. 125. Qui d. 10. col. vlt. versitem si esset. lib. 5. cum respondit, quod si locutus macelli emit animalia, & constat eo tempore in macello suis occisa animalia, præsumitur, quod ex illis à se emptis occisa fuerint, & propter ea illa empta fuisse versa in utilitatem societatis.
- Quinta conjectura considerari potest, quando Præfatus administrator, vel socius, qui afferit pecunias fuisse versas in utilitatem ecclesie, vel ciuitatis, caret illis liberis, & codicibus & administrationis, qui quidem extat apud aduersarium, qui eos edere reculat. Hoc casu præsumitur pecunias versas in prædictam utilitatem. Nam præsumptio insurget contra reculantem edere codices illos, qui alioqui edidi sunt, iuxta ea, que tradunt Alciat. in l.1. num. 22. C.de eden. & Ber. in consil. 191. num. 35.
- 10 lib. 1. Dolus & enim præsumitur contra eum, qui non facit, quod facere tenetur. si procuratorem. §.dolo. ff. mand. & responderunt Soc. Sen. in consil. 213. nu.5. lib. 2. & Crau. in consil. 115. num. 3. & dicimus infra lib. 5. præsumpt. 3. vbi de præsumendo dolo agemus. Quare in eo responso quod pro Bosis reddidi, scripsi, quod cum liber administrationis societatis esset apud reum, qui negabat socium non convertisse lanas a se emptas in communem societatis utilitatem, & recularet libri editione, præsumendum esse, quod lanceata verba fuerint, alioqui facilè librum is reus edidisset, tum maxime, quia id alii de probari non poterat.
- Societas omnium bonorum, vel alius negotiatio[n]is, quando contracta præsumatur inter fratres, vel alios sanguine coniunctos?
- S V M M A R I V M .
- 1 Societas duobus modis contrahitur.
 - 2 Societas expreſſe verbis claris stipulatione adhibita, contrahitur.
 - 3 Societas tacite contrahitur per actus sociales. Idque pendet à conjecturis. num. 4.
 - 4 Fratres habitantes simul, patre eorum viuo, non præsumuntur societatem iniſſe.
 - 5 Fratres vel affines plures simul habitantes, pupilli aliquibus ex ijs existentes, nullam iniſſe societatem præsumuntur. Licet etiam vnu ex ijs fratribus, sit tamen minor 25. annis, labeatq. curatorem. num. 9.
 - 7 Societas contractus vltro citroq. obligatorius est, neque ex eo pupillus obligatur, aut alijs carens legitimo consenserit.
 - 10 Minor curatorem habens, sine ipsius auctoritate, neq; expreſſe obligatur, neque tacite.
 - 12 Societas quando nomine pupilli, cum alijs fratribus à tute
- contracta præsumatur.
- 13 Tutorēm verbis auctoritatem suam interponere debere, in quibus atilibus veru[m] sit.
 - 14 Societas à tute nomine pupilli, cum alijs fratribus contracta non præsumitur, si tutor ipse vnu sit ex sociis.
 - 15 Societas inter fratres inita præsumitur, mandante patre ut negotiatio communis nomine exerceatur. Idem si pupillus maior fatus, cum societatem ratificet. num. 17.
 - 16 Prædium pupilli, quod pater vendi in testamento mandaret, si ne Prætoris decreto alienari potest.
 - 18 Societas inter fratres etiam cum pupillo, inita præsumitur, quo ad fructus bonorum, aut lucra negotiatio[n]is.
 - 19 Societas cum maioribus pupilli cepta, tacite cum pupillo præsumitur continuata, præsumit alius concurrentibus concurredit.
 - 20 Fratres, aut affines omnes maiores, non negotiantes, sed hereditatem indiuisam possidentes, societatem contraxisse non præsumuntur.
 - 21 Nisi contraria existant conjectura. num. 21. Vel diu simili habitantes communicant redditus. nu.22.
 - 23 Fratres aut affines maiores omnes, simili habitando, si vnu itatum negotiatur, non præsumuntur iniſſe societatem. Nisi tamen reliqui communicarent ea, qua aliundē sibi obueniunt. num. 24.
 - 25 Fratres aut affines omnes maiores negotiando, lucra communicando contraxisse societatem præsumuntur, quoad illam negotiationem, non autem quo ad reliqua. nu.28.
 - 26 Nec refert, quod diversas negotiaciones exerceant, dummodo lucra communicent. num. 10.
 - 27 Familia exsunda iudicio ea tantum veniunt, quae quis facit, vt heres.
 - 28 Communi dividendo iudicium, ad dividendum tantum, non etiā communicandum datur.
 - 29 Attus voluntarii ultra quam geruntur, non extenduntur.
 - 31 Fratres aut affines, quando negotiando, & lucra communicando præsumuntur societatem iniſſe, quoad omnia bona, prædia scilicet, & familia.
 - Idque si eorum communis consensu bona posita sint in catastro, seu communis astimo. num. 32.
 - Vel si id constet ex aliqua confessione extra judiciali. num. 33.
 - Item si longo tempore tanquam communia possederint. nu.24.
 - Aut ex communis pecunia aliqua prædia empa sint. nu.35.
 - 36 Societas inita, quo ad lucra negotiatio[n]is, si ex ea pecunia proprio nomine sociorum vnu aliquid emat, communicare non tenetur, sed restituere solum pecunia partem.
 - 37 Fratres, & affines omnes natu maiores, hereditatem possidentes indiuisam, simili viviendo & lucra indifferenter communicando, omnium bonorum societatem præsumuntur contraxisse.
 - Differentia tamen Caſtrene & alijs, nisi id expreſſe sit dicta. num. 38.
 - Prior tamen opinio vt recepta, locum habet etiam in lucis dotibus vnu ex fratribus. num. 39.
 - Item in lucis Doctoris, se diu habitando, communicasset. num. 40.
 - Nec refert vnu altero plus lucretur, tribus tamē concurrentibus. num. 42.
 - 41 Taciti & expressi par virtus.
 - 43 Fratres natu maiores, vel affines simili habitando, atque lucra communicando, nec inveniendo rationes, quando tamen non cœsentur omnium bonorum iniſſe societatem.
 - Idque primo si vnu ex ijs librum rationum conscriperit, cuius tamen effellus sp[iritu] Etlandus est. num. 44.
 - Vel si ab initio cohabitatio[n]is, & communicationis, vnu ex ijs nomine proprio emeret, & in catastro nomine proprio cœriscientibus scribi faceret. num. 45.
 - Idem est si omnes emant nomine proprio. num. 46.
 - Denique si patre mortuo, vel vno ex fratribus, incipiat alter nouis librorum inscriptiones suo nomine tantum facere. num. 47.

- I**n iudicij, & foto frequetissima hæc est disputatio, quando inter fratres, vel alios sanguine coniunctos, qui alioqui bona habent indiuisa, contracta præsumatur societas, vel omnium bonorum, vel alius negotiatio[n]is. Quo clarius hæc explicetur tractatio prius sciendum est. Societatem & contrahi duobus modis, expresse, & tacite. Expressè quando per verba clara adhibita stipulatione contrahitur. I. societatem, ff. pro loco. Tacite contrahitur per actus & socias. Ita Soc. Sen. in consil. 4. nu. 1. lib. 4. post a se commemoratos. Crau. in consil. 605. nu. 6. lib. 4. & Decian. in consil. 97. n. 3. lib. 3. De illa prima, nostra non est disputatio. De tacita itaque differendum est. Hæc societas, vt dicatur tacite contracta penderet à conjecturis, & præsumptionibus, vt responderunt Bald. in consil. 304. Non est nouum. col. 2. lib. 1. & in consil. 452. lib. 3. Anch. in consil. 303. col. 1. Ias. in consil. 2. col. 6. lib. 3. Dec. in consil. 2. col. 2. vers. prædictis tamen non obstantibus. Rot. Rom. in decil. 169. num. 1. in secunda parte, in nouissime editis. & Alij plures, quos statim cōmemorabimus. Hac in re sunt distinguendi, atque constituendi permulti casus.
- 5 Primus est, quando fratres & simili habitant, patre eorum viuo. Hoc in casu non præsumitur inter eos contracta societas. Ita Bald. in l. cum oportet, in princ. nu. 9. C. de bonis quæ liberis. Rom. in consil. 470. num. 2. vers. non tamen dicendum. Alex. in consil. 48. num. 5. lib. 1. Ias. in l. nu. 12. vers. 2. intellig. C. qui testam. facere possunt. Dec. in consil. 670. nu. 3. Bologn. in consil. 7. nu. 1. & Decian. in consil. 36. nu. 5. lib. 1. Ea est huius sententia ratio, quia lucra omnia, quæ vel ex ipsa negotiatio[n]e, vel ex bonis ipsiis aliundē obueniunt filijs, eorum vñfructus acquiritur patri. d. l. cum oportet. Nil ergo affuit quod communicari potuerit inter ipsos fratres.
- Declaratur hic casus, vt non habeat locum quando filii habitant seorsum à patre, & negociantur, vt patres fam. Hoc casu posse contrahere societatem scripsit Petrus Vbald. in tract. de duobus fratribus, parte 3. num. 3. quem tamen in specie damnat Decian. in d. consil. 36. nu. 5. quem sequor, quando filii acquirerent patri: secus fibi.
- 6 Secundus est casus, quando plures fratres, & vel affines vna simili habitant, sed eorum aliqui pupilli adhuc sunt. Hoc in calu absolutum etiam est, cum illis contractam non præsumi, nec esse societatem. Ita tradunt Bart. in l. Titium. §. altero. nu. 5. vers. ex prædictis ff. de administr. tut. in l. cum duobus. §. idem Papinianus. ff. pro loco. Bald. in l. si patruus, nu. 15. C. communia vñiusque iud. idem in consil. 260. Vnu videlicet Io. col. 2. lib. 1. Angel. in consil. 60. Vlo. testamento. Rom. in consil. 41. nu. 14. Caltr. in consil. 350. Ex die quo iste, nu. 1. lib. 1. Alex. in consil. 49. nu. 1. lib. 1. & in consil. 37. nu. 3. lib. 4. Corn. in consil. 1. nu. 2. lib. 1. & in consil. 2. nu. 3. lib. 3. Cappella in consil. 40. num. 1. in civil. Lud. Bologn. in consil. 7. nu. 5. Barb. in consil. 37. col. 1. lib. 2. & in consil. 10. col. 5. & col. 6. lib. 4. Ias. in l. nu. 6. C. qui testam. facere possunt. Socin. Sen. in consil. 150. col. 4. lib. 2. Dec. in l. in eo quod plus. §. pupillus. ff. de reg. iuri. & in consil. 2. col. 1. vers. 2. casu. & in cō. fil. 2. 13. Paris. in consil. 84. num. 8. & num. 53. lib. 3. Alc. in tract. de præfig. 1. præf. 2. num. 2. Crau. in consil. 26. col. 1. vers. 2. licet. Et hos fecutus sum in consil. 12. nu. 11. Quibus accedunt Martinus Laudensis in consil. 34. nu. 2. 10. Baptista Feretus in consil. 166. num. 5. & Mascard. in conclus. 31. nu. 11. & 12. Hanc sententiam probat tex. clarus l. vt in cōdūctionib. ff. pro loco. Et ratio est manifesta, quia contractus & societas est vltro citroq. obligatorius. I. societas contrahuntur. §. vlt. ff. pro loco. ea propter pupillus, qui obligari nō potest. I. obligari. ff. de auct. tuto. non etiam contrahere societatem potest. Hac

- ratione idē dicimus in furioso, & alijs, qui legitimo consensu carent. Alciat. in d. præsump. 25. num. 2. Idem post Baldum respondit Barbat. in consil. 37. col. 12. vers. & adduco quod voluit. lib. 2. Idē est in alijs, qui & negotia tractare non possunt, vt in clericis. Feder. de Sen. in consil. 207. colum. 2. quem fecutus sum in consil. 12. nu. 12. lib. 1.
- Extenditur primò hic casus, vt locum etiam habeat, quando vnu horum fratribus, vel affinis excessit pupillarem atatem, sed tamen adhuc esset minor 25. annis, & curatorem haberet. Nā, & tunc non præsumitur contracta societas inter eum, & alios fratres, vel affines suos. Ita Alex. in consil. 49. num. 4. lib. 1. & in consil. 154. num. 7. lib. 2. Ias. in l. nu. 6. vers. tertio limita. C. qui testam. facere possit. Ea est ratio, quia minor & habens curatorem non potest expreſſe obligari, sine ipsius curatris auctoritate. I. si curatorem habens. C. de integr. restitut. minor. Ergo nec tacite perseverando in bonorum communione.
- Extenditur secundò, vt locum etiam habeat hic casus, quando tūquā tractaretur de utilitate ipsius pupilli, vel minoris. Nam adhuc non præsumitur contracta societas, ita Bald. in l. cum oportet, in princ. nu. 9. versic. si autem C. de bonis quæ liberis. & Ias. in l. nu. 6. versic. amplia istam. C. qui testam. facere possit.
- Declaratur primò, vt non procedat hic casus, quando pupillus habet tutorem, qui communicat bona, & negotiatio[n]es alij fratribus, & fratres illi ipsi tutori, nomine scilicet pupilli tam respectu negotiatio[n]is, quam omnium bonorum (si modò alia habilia concurrent) contracta societas. Ita Bald. in leg. si patruus, num. 15. versic. item dico. C. commun. vñtriuque iudic. idem in l. mandatum. in 2. oppos. C. mand. Martin. Lauden. in consil. 34. nu. 3. Alex. consil. 49. num. 2. in ff. lib. 1. Barb. in consil. 10. col. 6. versic. circa hoc est. lib. 4. Corn. in consil. 1. num. 8. lib. 1. Abb. in consil. 87. lib. 2. Ias. in l. nu. 6. versic. 1. limit. C. qui testam. facere possit. & in consil. 3. col. 2. lib. 3. & alios plures comemorat Tiraq. in tract. de legibus connub. in gl. 5. nu. 20. Crau. in consil. 286. col. 1. vers. secundo dico. & Decian. in d. consil. 36. nu. 16. lib. 1. & Mascard. in d. concl. 31. nu. 16. Et probat tex. dicit. l. in conductio[n]ibus. ff. pro loco.
- 13 Nec obstat, quod tutor debet verbis interponere auctoritatem suam pro pupilli. l. in fine ff. de auct. tutor. Nam responderunt Bald. præcitat in locis, & reliqui sequuntur quod in illis auctib[us], qui verbis expedientur, auctoritas debet etiam verbis interponi, secus vero in illis, qui factis explicantur. Nam tunc sufficit tacita auctoritas. arg. l. fistulas. §. fundum. ff. de contrah. emp. Hæc autem declaratio locum non habet, quando tutor, & vel curator est vnu ex socijs. Ita Dec. in consil. 21. colum. 1. vers. 2. in casu nostro.
- Declaratur secundò, vt non procedat hic casus, quan- do pater ipsius pupilli mandasset, & negotiacionem cōmuni nomine exerceri. Nam tunc contracta dicitur societas, etiam si alter fratum esset pupillus, vel minor. Ita Bald. in l. cum oportet, in princ. num. 9. vers. si autē. C. de bonis quæ liberis. Alex. in consil. 49. nu. 1. lib. 1. Barb. in consil. 3. 1. col. 3. lib. 1. & Ias. in l. 1. num. 6. versic. 2. notabiliter limit. C. qui testam. facere possit. & Mascard. in d. conclus. 31. num. 19. Et i quidem adducti sunt ex l. qui negotiacionem. in princ. ff. de administr. man- dat. aliquid & prædium vendi à filio suo pupillo, vel minore, vñdi illud potest sine Prætoris decreto. l. in princ. l. magis puto. §. si fundus. & §. si pupillus. ff. de rebus eorum. & scripti in commentarijs de auct. iudicum. lib. 2. casu 171. num. 67.
- Declaratur tertio, vt non procedat, quando pupillus factus maior ratificaret. Alex. in consil. 49. nu. 9. lib. 1. & Ias. in

Jas. in d.l. 1. nu. 6. vers. vlt. limi. C. qui testam. facere possunt. Ex l. si pupillus. in princ. ff. de noua. Idem affirmarunt Petrus de Vbaldis in tra. de duobus fratribus. in 3. parte prin. col. 2. Corneus in conf. 213. nu. 1. lib. 3. Soc. Sen. in conf. 160. col. 4. vers. respondet. & alter. lib. 2. Decius in conf. 21. col. 1. Crat. in conf. 286. col. 2. vers. Non obstat secundum.

18 Declaratur quartum, vt non procedat quoad fructus & ram bonorum, quam lucrorum negotiationis, & qui in dies consumuntur, in ijs præsumuntur contracta societas, etiam cum pupillo, vel minore, Alexand. in conf. 49. num. 4. lib. 1.

Declaratur quintum, vt non procedat, quando agitur 19 de continuâda † societate iam cepta cum maioribus ipsius pupilli. Ita Bald. in l. si patruus, nu. 16. C. communia vtriusque iud. Corn. in conf. 1. nu. 3. lib. 1. Nec dissentit tandem Barb. in conf. 10. col. 9. vers. nec obstat quod volunt. lib. 4. et si ibid. col. 6. in princ. post Ang. in conf. 58. aliter vlt. sit sentire Alex. in conf. 132. col. 1. lib. 5. Abb. in conf. 87. lib. 2. Ias. in conf. 3. col. 1. lib. 3. & Crauet. in conf. 386. col. 1. vers. sed præmissis. & col. 2. vers. respondeo quod. Et hac quidem declaratio maximè procedit quando aliqua conjectura concurrent, quibus coniiciuntur illos & tate maiores, voluisse continuare societatem cum pupillo, vel minore illo, quemadmodum coniecturas aliquas ex affectione, & amore ac alijs consideravit Corn. in dict. conf. 1. num. 3. & numer. 4. lib. 1. qui idem sensit, quando frater, vel affinis negotiaretur cum pecunia ipsius pupilli. Idem apertius respondit Crauet. in conf. 286. nu. 1. nam alioqui præsumeretur delinquerre, hoc est, velle conuertere pecunias illas in proprium vsum ad detrimentum pupilli.

30 Tertius est casus, quâdo omnes † ipsi fratres, vel affines sunt & tate maiores, & nulla negocia gerunt, sed solù modo paternam, vel majorum suorum hæreditatem in diuisam possident, sicuti contingit in nobilibus, qui ex proprijs redditibus viuunt. Hoc in casu non præsumuntur inter hos contracta societas. Ita Bart. in l. Titium. §. altero. nu. 5. vers. primo casu. ff. de adm. tut. idem in l. si patruus. nn. 9. vers. ego clarius. C. communia vtriusque iudic. Ang. in l. ex tribus. ff. de neg. gest. & in conf. 113. Vanuarius. Anch. in conf. 31. Quia q. Castr. in l. si patruus. & ibid. Salic. & Fulgosius. C. communia vtriusque iudic. Alex. in conf. 49. num. 1. lib. 1. Ias. in l. 1. num. 7. C. qui testam. facere possit. Alc. in tract. de præsump. reg. 1. præsumpt. 25. vers. item fallit. & hos secutus sum in conf. 12. num. 13. lib. 1. vbi alios retuli. Quidam accedunt Neu. in conf. 76. num. 8. Natta in conf. 264. num. 1. & Mascar. in conf. 31. nu. 20. Et ij quidem adducti sunt l. ex parte. §. si filius. ff. famili. eric. Et comprobatur ex his, que dicimus infra in sexto casu.

Et hinc infertur, quod acquista à singulis horum fratribus, vel affinium propria sunt ipsius acquirentur. Roman. in conf. 291. nu. 7. in conf. 213. Alc. in tract. de præsump. reg. 3. præsump. 17. num. 2. lo. de Amicis in conf. 26. nu. 11. & Mascar. in d. concl. 31. nu. 22.

Declaratur primò, vt non procedat hic casus, quando extant † conjectura, quibus colligi potest hos fratres vel affines voluisse contrahere societatem. Ita Bal. in l. si patruus. num. 14. vers. sed ego dico. C. communia vtriusq; iud. quem sic intellexerit Comen. in l. Titium. §. altero. num. 4. ff. de adm. tut. & Ias. in l. 1. num. 7. vers. tu ergo. C. qui testam. facere possit. Idem senserunt Rom. in d. confil. 53. num. 2. 1. lib. 1. Soc. Jun. in conf. 61. nu. 3. lib. 3. & Alc. in d. præsump. 17. nu. 2. cum dixerunt, quod si jij sic vna habitantes, curant à se quæsita reponi, & describi in catastro seu æstimo, censeri acquista communij nomine, atque ita inferre contractam fuisse societatem.

Declaratus secundò, vt locum non habeat hic casus, 22 quâdo diu simul habitassent, & redditus communical-

Liber Tertius.

dicamus, iure societatis hæc lucra fuisse communicata. Hic casus intelligitur (vt attigimus supra) vt solùmo doipius negotiationis præsumatur contracta societas, 28 quo scilicet ad eius lucra: Non autem præsumitur † contracta societas, quo ad reliqua. Ita Bart. in d. §. altero. n. 6. vers. ad quod dico. Ea ratione vlt. est Bart. quia actus 29 nostri voluntarij † non extenduntur ultra quam geruntur. l. tutores qui post. §. 1. ff. de adm. tut. l. 1. §. hoc inter dicto. ff. de itinere a tute priuat. & l. 1. & l. 2. C. de neg. gest. Et alijs argumentis statim in subsequenti extensiōne comprobabitur.

Vlt. Alciatus in d. præsump. 26. num. 2. vers. vnde puto, scribit, immo in fratribus hoc casu præsumi contractam societatem omnium bonorum, quia alias coniunctio sanguinis nihil operaretur. Quia sanè ratio leuis est, cum verè sanguinis coniunctio, non operetur contractū societatis, leuem enim conjecturam quandam facit, vt infra dicemus.

Extenditur hic casus, vt locum etiam habeat, quâdo 30 fratres, vel affines isti varijs † diuerſas negotiaciones exercerent, vtputa, si vlt. esset mercator pannorū, alter sericorum, tertius argenterij seu numularius, singuli tamen lucra communicarent. Nam adhuc quo ad lucra illa præsumitur contracta societas, non autem quo ad alia bona. Ita sensit Bart. in d. Titium. §. altera. nume. 6. vers. dico ergo. Abbas in conf. 66. lib. 1. Alex. in confil. 68. lib. 2. & apertius Alciat. in d. præsump. 25. nu. 2. vers. item quando. Et eandem opinionem vlt. probant Salicet. in l. si patruus. col. pen. vers. ego autem, vel prædicta. dum concludit lucra & fructus coicari, nō autem ipsos fundos, vel capitale. & Rom. in conf. 291. nu. 5. & si hos aliter intellexerit Ias. in l. 1. num. 12. C. qui testam. facere possunt. Et prædicti moti sunt, ex l. cū duobus. §. si fratres. ff. pro locio, & in l. ex parte. §. filius. ff. famili. eric. vbi retentio hæreditatis obuenient fratrib. pro indubio, non significat contractam esse societatem quo ad aliqua bona. Ergo & nostro in casu cōiectatio lucrorū negotiationum, non infert communicationem omnium bonorum. Et apertius hanc sententiam probat text. d. l. cū duobus. §. cum duo erant argenterij, vbi communicatio lucræ negotiatione argentaria, non infert communicationem aliorum lucrorum. Ergo multo minus aliorum bonorum. Et ratio etiam affertur, quam & supra cum Bart. commemorauimus, quia s. actus voluntarij non ultra extenduntur quam geruntur. d.l. tutores qui post. §. 1. ff. de adm. tut. cum simil.

His intelligimus minus recte sensisse Baldum in l. si patruus. num. 16. C. communia vtriusque iudic. Barb. in confil. 37. col. 12. vers. mihi videtur. lib. 2. & Ias. in d. l. 1. num. 12. vers. quod tenendum. Cod. qui testam. facere possit. Nec ratio à Bald. considerata, quod actuum difformitas inferat communicationem bonorum, iure probatur.

Et hæc quidem lucrorum communicatio solum predit, quo ad tempus, vel præteritum, vel præsens. non autem quod ad futurum. Quandoquidem posunt ij in futurum oō communicare. Ita Sal. in d. l. si patruus. col. pen. in fin. vers. quid plura & c. Nisi (ait Salic.) ea anno iā capiſſer communicare. Et Salic. secutus est Bart. in d. confil. 37. col. 13. vers. præterea inquit. lib. 2.

31 Declaratur nunc hæc casus, quando extant † aliqua conjectura, quibus coniici posset, hos fratres, vel affines ita communicantes lucra negotiationum, voluisse etiā communicare bona ipsa omnia, seu capitale, prædia, & similia, sicuti declarat Rom. in d. confil. 291. numer. 7. & 8. & Barb. in dict. confil. 37. column. 13. & 14. libr. 2. Qui quidem considerarunt aliquot conjecturas. Quarū 32 prima est, quâdo † bona ipsa fuisse cōmuni confensu eorum posita in catastro, & æstimo, communij nomine. Ita Rom. in d. confil. 291. num. 3. & Bart. in d. confil. 37.

Præsumpt. L VI. 395

col. 14. lib. 2. & comprobatur ex his, que diximus supra in prima declaratione tertij casus.

33 Secunda est coniectura, quando aliqua † confessione extra judiciali constat, hos aliquando dixisse, le est. fo cios, tam aliorum bonorum, quam lucrorum, vel etiam si confessissent alicui ex suis maioribus dicentibus, qd̄ esse deberet omnium bonorum socij. Ita Rom. in d. consil. 291. n. 7. vers. 2. istud. & nu. 8. uerl. tertio nec eam. Ia. in confil. 2. col. 7. ultra tot. lib. 3. & Soc. sen. in confil. 160. col. 3. in fin. lib. 2.

34 Tertia est coniectura, quando lōgo † tempore posseſſent reliqua bona tanquam communia. Ita Barbat. in d. consil. 37. col. 14. vers. item in casu nostro. lib. 2.

35 Quarta est coniectura, quando aliqua † prædia communij nomine fuissent ex his lucris empta. Ita Butr. in confil. 71.

Ex prædictis autem infertur, qd̄ quando solum quoad lucra dicitur contracta † societas, si ex pecunij ipsius lucri, vlt. sociorum emit proprio tamen nomine fundum, non tenetur communicare fundum ipsum, sed tenetur restituere tantummodo partem pecunia communis, ceteris Socijs. Cum quo ad emptionem prædiorum non dicatur contracta societas, sed solùmodo quo ad lucra. Ita Bart. in d. l. Titium. §. altero. n. 6. vers. & ideo si forte. ff. de adm. tut. cuius quidem traditionem copiosè comprobauit, in confil. 12. nu. 20. lib. 2.

36 Sextus, & vlt. imus est casus, qn̄ fratres, † vel affines etate maiores, mortuo patre, hereditatem possidet indiuisam, vlt. simul viuunt, lucra & redditus oēs inuicem, & indiferentem communicant, non reddentes de actis, gestis, & tractatis negotiis rōnem. Hoc in casu præsumitur contracta societas omnium bonorum. Ita manifeste omnium primus scriptis Oldradus, quem refert Bart. in l. Titium. §. altero. nu. 5. ff. de adm. tut. Bald. in l. si patruus. nu. 16. Co. cōia vtriusque iud. quia fortiori, & idē in l. 1. C. qui testam. facere possit. & ibid. Ias. n. 5. vers. sub iungit Bal. idem Bald. in confil. 19. Tres sunt fratres. li. 1. Ang. in confil. 45. col. 2. vers. de tertio dicendum est. Anch. in confil. 302. Materia ista. nu. 4. Idem sensit Butr. in confil. 71. clariss. Alex. in confil. 49. nu. 5. lib. 1. in confil. 48. num. 1. lib. 2. Idem sensit Corn. in confil. 299. nume. 1. lib. 4. dum sequitur Ang. & Anch. eti in Codice Cornei corrupte legatur negotiata. Soc. sen. in confil. 60. col. 1. vers. ista concl. lib. 2. latè Ias. in confil. 2. col. 5. & in confil. 3. col. 1. lib. 3. De in confil. 21. col. 2. in confil. 66. num. 2. & 3. in confil. 442. nu. 3. confil. 548. nu. 5. & in confil. 65. 1. col. 1. Rubeus in confil. 8. 7. nu. 4. & in confil. 95. n. 1. & Cra- net. in confil. 2. n. 5. & confil. 286. col. 1. vers. sed præmissis non obstantib. qui ex duobus tantum, hoc est, communij habitatione, & patrimonij cōmunicatione, sensit societatem omnium bonorum contractam præsumi. His accedunt Alc. in tract. de præsump. reg. 1. præsumpt. 25. nu. 1. Neuiz. in confil. 76. nu. 8. Gratius in confil. 118. libr. 1. Io. Baptist. Ferret. in confil. 166. n. 6. & Mascar. in confil. 31. n. 10. & in confil. 32. n. 5. Et hanc quidem vt magis receptam veramque sequor nunc, eti alias fortè in confil. 12. nu. 10. lib. 1. aliter scriperim. Et ij quidem moti sunt text. l. coire. ff. pro loci. cuius verba hæc sunt: Coire societatem, & simpliciter licet. Et si non fuerit d. st̄instum, videtur coita esse vniuersorum, quæ ex quæstū veniunt, hoc est, si quod lucrum exemptione, venditione, locatione, conductione descendit.

Caterum ab hac opinione vlt. est dissentire Castr. in confil. 350. Ex die quo ista Raph. col. vlt. vers. iuxta predicta queritur. lib. 1. cum. n. Caſt. ibi col. 1. recitatet op̄ionem Oldr. & Iac. de Arem. neceam clare affirmasset, subiungit in d. col. vlt. Societatem omnium bonorum † non dici inter aliquos contractam nisi exp̄resse, & specialiter conuentum ita sit. Alex. in confil. 76. nu. 10. lib. 4. Cappolla in confil. 42. in ciuilibus. Idem sensit Socin. sen. in confil.